

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

brof. * q̄ omne peccatum per poenitentiam situe. F
niale, & hoc dicitur ueniale ex euentu. Alio modo
dicitur ueniale, quia non haber in se unde ueniam
non consequatur, uel totaliter, uel in parte. In parte
quidem sicut haber in se aliquid diminuens culpā,
ut cum sit ex infirmitate, uel ignorantia, & hoc di-
citur ueniale ex causa. In toto autem ex eo, q̄ non
tollit ordinem ad ultimum finem, unde non me-
retur poenam aeternam, sed temporalem, & de hoc
ueniali ad praeſens intendimus. de primis enim duobus
conſtat, quod nō habent genus aliquod deter-
minatum. Sed ueniale tertio modo dictum potest
habere genus determinatum, ita q̄ aliquid peccatum
dicatur ueniale ex genere, & aliquod mortale ex ge-
nere, secundum quod genus, uel species actus de-
terminatur ex obiecto. Cum enim uoluntas fertur
in aliquid, quod secundum se repugnat charitati,
per quam homo ordinatur in ultimum finem, illud
peccatum ex suo obiecto habet q̄ sit mortale. unde
est mortale ex genere, siue sit contra dilectionē Dei,
sicut blasphemia, periurii, & huiusmodi, siue con-
tra dilectionem proximi, sicut homicidium, adul-
teriū, & similia, unde huiusmodi sunt peccata mor-
alia ex suo genere. Quandoq; verò voluntas pec-
cantis fertur in id, quod in se continet quandā in-
ordinationem, non tamen contrariatur dilectioni
Dei, & proximi, sicut verbū otiosum, rīsus super-
fluu, & alia huiusmodi, & talia sunt peccata uenia-
lia ex suo genere, ut supra habitu est. Sed quia actus
morales recipiunt rationem boni, & mali non solū
ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis,
vt supra habitum est, * contingit quandoq; q̄
id, quod est peccatum ueniale ex genere, ratione sui
obiecti sit mortale ex parte agentis, vel quia in eo
constituit finem ultimum, vel quia ordinat ipsum
ad aliquid, quod est peccatum mortale ex genere, pu-
ta, cum aliquis ordinat verbum otiosum ad adul-
terium committendum. Similiter etiam ex parte agen-
tis contingit, quod aliquid peccatum, quod ex
suo genere est mortale, sit ueniale propter hoc, scilicet
quod actus est imperfectus, id est, non delibera-
tus ratione, qua est principium proprium mali
actus. sicut supra dictum est * de subitis motibus
infidelitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex hoc ipso
quod aliquis eligit id, quod repugnat diuina chari-
tati, conuincitur praefere illud charitati diuina,
& per consequens plus amare ipsum quam Deū:
& ideo aliqua peccata ex genere, qua de se repu-
gnant charitati, habent quod aliquid diligatur su-
per Deū, & sunt ex genere suo mortalia.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa proce-
dit de peccato ueniali ex causa.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa proce-
dit de peccato, quod est ueniale propter imperfec-
tionem actus.

*Super Quaſio. 88.
Artic. tertium.*

2.2. q. 24. art.
10. cor. &
q. 186. art. 5.
cor. & 1. dif.
27. q. 2. r. r.
cor. hm. 8. 2.
dif. 42. q. 1.
art. 3. & ver.
q. 16. art. 6.
mal. q. 7. ar.
1. ad 7. & ar.
3. c. or. & ar.
1. & 3. & ar.
6. ad 5. & q.
24. art. 2. cor.
2. ar. 1. huius
quaſti.

*ARTICVLVS III.
Vtrum peccatum ueniale sit dispositio
ad mortale.*

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum
veniale non sit dispositio ad mortale. Vnum enim opposi-
tum non disponit ad aliud: sed peccatum veniale, & mortale
ex opposito diuiduntur, ut di-

ctum est: ergo peccatum ue-
niale non est dispositio ad mor-
tale.

¶ 2. Præt. Acl̄ disponit ad aliquid
simile in specie sibi. vñ i 2. Eth. t
dī, q̄ ex similibus actibus gene-
rantur similes dispositions, &
habitus: sed p̄tū mortale & ve-
niale differunt genere, seu specie
ut dictū est. * ergo peccatum ve-
niale non disponit ad mortale.

¶ 3. Præt. Si peccatum dicatur ve-
niale, quod disponit ad morta-
le, oportebit q̄ quæcūq; disponi-
nunt ad mortale peccatum, sicut
peccata uenialia: sed oīa bona
opera disponit ad peccatum mor-
tale. dicit em Augu.* in regula
q̄ superbia bonis operibus in-
fiduciat, ut perirent: ergo ēt bo-
na opera erūt peccata uenialia,
quod est inconueniens.

SED CONTRA est, quod dicit
Eccles. 18. Qui spernit minima,
paulatim defluit: sed ille, qui
peccat uenialiter, uī minima
spernere. ergo paulatim dispo-
nit ad hoc, q̄ totaliter defluit
per peccatum mortale.

H RESON. Dicendum, q̄ disponi-
nens est quodāmodo causa: un-
de fīm duplēca modū causē, est duplex dispositionis modū.
Est em causa quedam mouens
directe ad effectū, sicut calidū
calefacit. Est ēt causa indirecte
mouens, remouēdo prohibēs:
sicut remouēs colūnam dī re-
mouē lapidem superpositū,
& fīm actus peccati dupli-
citer ad aliquid disponit. Vno
quidem modo directe, & sic dis-
ponit ad actū similem fīm spe-
cie. Et hoc modo, primo, & per
se peccatum ueniale ex genere nō
disponit ad mortale ex genere,
cū different specie: sed per hunc
modum peccatum ueniale p̄t
disponere per quandam conse-
quentiam ad peccatum, quod est
mortale ex parte agētis. Augmē-
tata em dispositione, vel habitu
per actus peccatorum uenialiū,
in tantū potest libido peccandi
crescere, q̄ ille qui peccat, fīm
sunt constituit in peccato uenia-
li. Nā unicuiq; habenti habitū,
inquantū hmōi, finis est opera-
tio fīm habitū: & sic multoties
peccado uenialiter disponetur
ad peccatum mortale. Alio modo
actus humanus disponit ad
aliquid remouēdo prohibēs:
& hoc modo peccatum ueniale
ex ḡne p̄t disponere ad morta-
le peccatum ex ḡne. Qui n̄ peccat
uenialiter ex genere, p̄termittit
aliquem ordinem: & ex hoc, q̄
consuescit voluntatem suam

et in hoc eodem articulo in response ad primum dicitur: quod non distinguuntur sicut species unius generis, sed sicut substantia & accidentes.

¶ Ad hoc breuer dicitur, quod conuenientia in genere non affatur in litera simpliciter, sed cum specificatione, in quantum utrumque importat defectum debiti ordinis. hoc est enim conuenientia in genere analogo mali, dum utrumque ex parte auerionis in malo ratione conuenit alterius tamen, & aliter: quia in mortali est auerio simpliciter, hic secundum quid. Cum hoc tamē sit, quod distinguuntur genera ex parte obiecti, & quod ordinem habent inter se, sicut substantialis, & accidentibus, ut pater ex diuis.

¶ In response ad tertium, dubium occurrit, quo pacto uenit, quod ueniale per se disponit ad mortale, cum non nisi per quantum consequentiam, uel remouendo prohibens concupiscentiam in uenientia, per se, pater ex diuis.

¶ In response ad quartum, dubium occurrit, quo pacto ueniale per se disponit ad mortale, cum non nisi per quantum consequentiam, uel remouendo prohibens concupiscentiam in uenientia, per se, pater ex diuis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum peccatum ueniale possit fieri mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum ueniale possit fieri mortale. Dicit enim Aug. *exponens illud Ioan. Qui incredulus est filio, non uidebit uitam. Peccata minima, id est, uenialia si negliguntur, occidunt: sed ex hoc dicitur peccatum mortale, quia spiritualiter occidit animam. ergo peccatum ueniale potest fieri mortale.

¶ 2. Præt. Motus sensualitatis ante colementum rationis est peccatum ueniale, post consensem uero est peccatum mortale, ut supra dictum est. ergo peccatum ueniale potest fieri mortale.

¶ 3. Præt. Peccatum ueniale, & mortale differunt, sicut morbus curabilis, & incurabilis, ut dictum est: sed morbus curabilis potest fieri incurabilis, ergo peccatum ueniale potest fieri mortale.

¶ 4. Præt. Dispositio potest fieri habi-

tus: sed peccatum ueniale est dispositio ad mortale, ut dictum est. ergo ueniale peccatum potest fieri mortale.

SED CONTRA. Ea que differunt in infinitum, non transmutantur in inuicem: sed peccatum mortale, & ueniale differunt in infinitu, ut ex prædictis patet: ergo ueniale non potest fieri mortale.

RESPON. Dicendum, quod peccatum ueniale fieri mortale, potest tripliciter intelligi. Vno modo sic quod idem actus numero primo sit peccatum ueniale, postea mortale. & hoc esse non potest, quia peccatum principaliter committit in actu voluntatis, sicut & quilibet actus moralis: unde non dicitur unus actus moraliter, si uoluntas mutetur, quamvis etiam actio secundum naturam sit continua. Sicutem uoluntas non mutetur, non potest esse quod de ueniali fiat mortale. Alio modo potest in intelligi, ut id quod est ueniale ex genere, fiat mortale, & hoc quidem possibile est, in quantum constitutur in eo finis, uel in quantum referunt ad mortale peccatum sicut ad finem, ut dictum est. * Tercio modo potest intelligi ita quod multa uenialia peccata constituant unum peccatum mortale: quod si sic intelligatur, quod ex multis peccatis uenialibus integraliter constitutur unum peccatum mortale, falsum est. Non enim omnia peccata uenialia de mundo possunt habere tantum de reatu, quantum unum peccatum mortale. quod patet ex parte durationis: quia peccatum mortale habet reatum penæ aeternæ, peccatum autem ueniale reatum penæ temporalis, ut dictum est. * Patet etiam ex parte penæ damni, quia peccatum mortale meretur carentiam iustitiae diuinæ, cui nulla alia pena comparari potest, ut Chrysostomus dicit. * Patet etiam ex parte penæ sensus, quantum ad uerem consonantiam ad mortalem rationem agentis: quia non est dispositio necessaria ad calam appetitum cum auerione simpliciter, sicut necessaria ad similes appetitum locandi, absolute: sed quando est intentio faulæ, natum est consequi, ut appetitus in tale mortale trahatur. Sic autem disponere non est omnino extra per se disponere, quia actibus animi disponere ad similes conuenit per se per suam propriam naturam, & uirtutem, quibus aliquid imperfecti habeat: quia non sunt similes in auerione illi actus ueniales aucti mortali, ad quem properauerionem dictam, per consequentiam quandam dicuntur disponere: ita quod ueniale in quantum simile ex parte conuer-

ta est.

Super questionis o-

Etung simo etiam ap-

ticuli quartum.

IQAR. eiudem 8. qd. occurunt illa uerba literæ notanda, licet forte quantum ad penam ignis, non sint improportionabiles penæ. Dixit hoc, quia cum utriusque, i. mortalis, & uenialis pena ignis sit intensu finita, & omnis finiti ad omnem finitum sit aliqua proportio, con sequens est, ut poena utriusque quantum ad ignem, sit proportionabiles. Et hoc est dicere, quod non est in finitus excessus inter penam ignis pro mor-

Hom. 46. ad
Pop. Antio-
ch. 10. 5. &
Homi. 24. in
Ma. 1.

tal. & pro ueniali immo procedendo iuxta doctrinam g. Physic. tantum possunt multiplicari penæ uenialium, ut finitum iuncte excedant penam unius mortali, de hac sola poena loquendo. Nec, ly, forte, est dubitanus, sed non determinans.